



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Erembertvs In Blandinio iuxta Gandauum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## E V N V C I V S

*Episcopus Tornacensis.*

10. Sept.

**A** Demochare Ressonēo & Chenutio adiungitur Guidoni xxvij. Episcopo Nouiomensi ac Tornacensi: unde colligi videtur ipsum non nisi Coepiscopum fuisse. Caput eius Radulphus Nouiomensis Episcopus circa annum 962 transtulit ad Monasterium S. Lupi, quod nunc S. Eligij dicitur extra muros Nouiomenses ab eodem Eligio fundatum. Vide Ioannis Cognati historiam Tornacensem.

## E R E M B E R T V S

*In Blandinio iuxta Gandavum.*

**F**uit Religiosus in Monasterio Fontanellensi sub Abate S. Lamberto, qui Archiepiscopus Lugdunensis atque etiam Tholosanus fuit. Honoratur in Abbatia sancti Petri iuxta Gandavum, eo quod illuc eius Reliquiae cum aliis Sanctorum ē Fontanella ob metum & persecutions Normannicas olim fuerint delatae. Ita Gazzæus in Historia Ecclesiastica Belgij.

## E V B E R T V S E P I S C O P V S

*Insulensium in Flandria Patronus.*

1. Febr.

**C**Vm sanctis Piatō & Chrysolio martyrium passus est imperante Diocletiano circa annum Domini 299. quiescit Insulis Flandrorum Emporio, in illustri Canonorum